degustata purificat sibi devotum. Memoria enim redemptionis nostre ut redemptoris memores maius ab eo premium consequamur. Mortem domini annunciantes donec veniat. Quia enim morte domini liberati sumus huius rei memores in edendo et potando carnem et sanguinem que pro nobis oblata sunt significamus. Et quod sunt novum testamentum in hiis consecratum est. nova lex. que obedientes sibi tradidit celestibus regnis. Nam et moyses accepto sanguine vituli in patera aspersit filios israel dicens hoc est testamentum quod disposuit deus ad vos. Hec figura fuit testamenti quod dominus novum appellavit ut illud vetus sit quod moyses tradidit. Testamentum ergo in sanguine constitutum est quia beneficium divini sanguinis testis est. In cuius typum nos calicem ad tuicionem corporis et anime nostre percipimus qui sanguis sanguinem nostrum redemit. Item totum hominem salvum facit. Caro enim salvatoris pro salute corporis, sanguis pro anima nostra salute effusus est. Sic prius prefiguratum fuerat moysi. Sic enim ait: Caro enim pro corpore offertur. Sanguis vero pro anima. Ideo non manducandum sanguinem. Sic igitur apud veteres ymago fuit veritatis que nunc apparuit et manifestata est in salvatoris adventu. Quod si hec tanta contraria videntur vetus et novum, cum ipsa sibi invicem testimonia sint.

Quare datur loco cibi et potus. Secundo in tractatu de misteriis disputationem pertractans verba canticorum dicit sic:

Hiis igitur sacramentis pascit ecclesiam suam xpus quibus anime firmatur substantia. meritoque videns illam profectum eius gratie continentem dicit ad eam quam decora facta sunt ubera tua soror mea sponsa. quam decora facta sunt a vino et odor vestimentorum tuorum super omnia aromata. Favum distillat labia tua sponsa mel et lac sub lingua tua et odor vestimentorum tuorum sicut odor libani. Ortus conclusus soror mea sponsa mea. Ortus conclusus fons signatus. Quod significat signaculum debere aput te manere misterii ne violetur operibus male vite atque adulterio castitatis ne divulgetur quibus non convenit ne garrula loquacitate dispergatur in perfidos. Bona ergo debet fidei tue esse custodia ut intemerate vite ac silentii integritas perseveret. Unde et ecclesia altitudinem servans misteriorum celestium reiciat a se graviores venti procellas et invitat vernantis gratie suavitatem et sciens quod ortus suus xpo displicere non possit ipsum advocat sponsum dicens Exurge aquilo et veni auster perfla ortum meum et fluant aromata mea. Descendat frater meus in ortum suum et edat fructum pomiferarum suarum. Bonas enim arbores ac fructiferas habet que radices suas tinxerunt sacri fontis irriguo et in bonos fructus nove fecunditatis germine pullulaverunt ut non iam non prophetica ceduntur securi sed evangelica ubertate fecundantur. Denique fertilitate earum et dominus delectatus respondit: Ingressus sum in ortum meum soror mea sponsa vindemiavi mirram tuam cum unguentis meis manducavi cibum meum cum melle meo bibi potum meum cum lacte meo. Quare cibum et potum dixerim fideles intelligunt. Illud autem non dubium quod in nobis ipse manducat et bibit sicut in nobis legisti quia in carcere se dicat fuisse. Unde et ecclesia videns tantam gratiam hortatur filios suos hortatur proximos ut ad sacramenta concurrant dicens Edite proximi mei et bibite et inebriamini fratres mei. Quid edamus quid bibamus alibi tibi spiritus sanctus per prophetam expressit dicens Gustate et videte quoniam suavis est dominus. Beatus vir qui sperat in eo. In illo sacramento xpus est quia corpus est xpi. Non ergo corporalis esca sed spiritualis est. Unde et apostolus de typo eius ait quia patres nostri escam spiritualem manducaverunt et potum spiritualem biberunt. Corpus enim dei corpus est spirituale. Corpus xpi corpus est divini spiritus quia spiritus xpus ut legimus spiritus ante faciem nostram xpus dominus. Et in petri epistola habemus et xpus pro nobis mortuus est. Denique cor nostrum esca ista confirmat et potus iste letificat cor hominis ut propheta memoravit.

Tandem eciam ad neophitos materiam diffusius persequitur in sermone quinto de sacramentis.

Venisti ad altare vocat te dominus ihesus vel animam tuam vel ecclesiam et ait Osculetur me ab osculis oris sui. Vis ad xpum aptare? Nichil gratius. Vis ad animam tuam? Nichil iocundius. Osculetur me. Videt te mundum esse ab omni peccato quia delicta detersa sunt. Ideo te sacramentis celestibus dignum iudicat et ideo invitat ad celeste convivium. Osculetur me ab osculis oris sui. tamen pp sequa

anima tua vel humana condicio vel ecclesia vi
dit se ab omnibus mundatam esse peccatis
dignamque ut ad altare Christi possit
accedere. Quid enim est altare ni
si forma corporis Christi. Videt mira
bilia sacramenta et ait: Osculetur me ab osculis
oris sui. hoc est osculum michi infigat Christus. Quo
re quia meliora ubera tua super vinum.
Super illud vinum quod et si suavitatem habet
leticiam habet gratiam sed tamen nulla leci
cia secularis. Ante autem iocunda est
spiritalis. Nam tunc ergo salomon induxit
in persona vel Christi et ecclesie vel spiritus et carnis et

¶ Et addit: Unguentum est nomen anime
tuum. Propterea adolescentule dilexerunt te.
Que sunt iste adolescentule nisi anime
singulorum que deposuerunt istius corporis se
nectutem renovate per spiritum sanctum. At
trahe nos post odorem unguentorum tuo
rum curramus. Vide quid dicat: Non potes
sequi Christum nisi ipse te attrahat. Denique
ut scias tu exaltatus inquit sursum omnia tra
ham ad me ipsum. Introduxit me rex in cu
biculum suum. Grecus in promptuarium suum
et in cellarium suum habet ubi bona libamina
ubi boni odores mella suavia ubi fructus
diversi ubi epule varie ubi plurimis epulis
tuum prandium condiatur. Ergo venisti ad
altare accepisti corpus Christi. Audi iterum
que sacramenta es consecutus. Audi dicen
tem sanctum David. Et ille in spiritu hec misteria
previdebat et letabatur et nichil sibi deesse
dicebat. Quare quia qui accepit corpus
Christi non esuriet in eternum. Quotiens audisti
vicesimum secundum psalmum Et non intellexisti. Vide
quemadmodum aptus sit celestibus sacramentis.
Dominus pascit me et nichil michi deerit
in loco pascue ibi me collocavit super aquam
refectionis educavit me animam meam
convertit. Deduxit me super semitas iusticie
propter nomen suum. Nam et si ambulavero in
medio umbre mortis non timebo mala quoniam
tu mecum es. Virga tua et baculus tuus
ipsa me consolata sunt. Virga imperium
baculus passio est hec est eterna divinitas
Christi sed etiam passio corporis. Illa creavit hec
redemit. Parasti in conspectu meo mensam ad
versus eos qui tribulant me. Impingu
asti in oleo caput meum et poculum me
um inebrians quam preclarum est. Venistis
ergo ad altare accepistis gratiam Christi sacramenta
estis celestia consecuti. Gaudet ecclesia in

redemptione multorum et astare sibi famu
liam candidatam spiritali exultatione le
tatur. Habes hic in canticis canticorum. Letata
invocat Christum paratum habens convivium quod
dignum celesti complacitione videatur. Unde et ait:
Descendat frater meus in ortum suum
et accipiat fructum pomiferarum suarum.
Que sunt iste pomifere [...] lignum
aridum factus erat in Adam [...] sed nunc
per gratiam Christi pomifere ar[...]bores
pullulant. Libenter accepit dominus Ihesus
et dignatione respondit ecclesie sue. Descen
di inquit in ortum meum vindemiavi
mirram cum unguentis meis. Manduca
vi panem meum cum melle meo et bi
bi vinum cum lacte meo. Edite inquid fratres
mei et inebriamini. Vindemiavi mirram
cum unguentis meis. Que est ista vinde
mia cognoscite vineam et agnoscite
vindemiam. Vineam inquit ex Egip
to transtulisti hoc est populus dei. Vos estis
vindemia quasi vinea plantati qui
vindemia fructum dedistis. Vindemi
avi mirram cum unguentis meis hoc est in
odorem quem accepistis. Manducavi pa
nem meum cum melle meo. Videtis quod in
hoc pane nulla sit amaritudo sed omnis
suavitas sit. Bibi vinum cum lacte meo.
Videtis huius leticiam esse que nullius
peccati polluatur. Quotienscumque enim
bibis remissionem accipis peccatorum
et inebriaris in spiritu. Unde et apostolus ait:
Nolite inebriari vino sed impleamini spiritu
sancto. Nam qui inebriatur vino vacil
lat et titubat; spiritu qui inebriatur radi
catus in Christo est. Et ideo preclara ebrietas
que sobrietatem mentis operatur.

¶ Et quia figura huius sacramenti fuit
in sacrificio melchisedech qui panem et
vinum obtulit, ideo hoc pertractat super epistolam
ad hebreos capitulo vii. Secundum alia mandata
Melchisedech hic fuit sacerdos sed
secundum quandam singularis sacerdo
tii dignitatem panem offerens deo et
vinum non brutorum animalium sanguinem.
In cuius ordinem sacerdotii Christus factus
est sacerdos non temporalis sed eternus atque
idem est. Tu es sacerdos in eternum secun
dum ordinem melchisedech. Ex eo quod na
tus est de utero virginali ante luciferum.
Non secundum id quod natus est a patre
deus apud patrem coeternus [...]

et consubstantialis sed sacerdos per carnem quam assump
sit aut per victimam quam pro nobis of
ferebat a nobis susceptam id est carnem
et sanguinem suum De qua victima ipse
in euangelio ait Nisi manducaueritis
carnem filii hominis et biberitis eius san
guinem non habebitis vitam in vobis
Sed ista [illegible] carne et sanguine nil
cruentum [illegible] nil corruptibile mens
humana [illegible] na concipiat ne sicut a
postolus ait Qui enim corpus indigne man
ducat iudicium sibi manducat sed immu
tabilitatem spiritualem atque salutarem in
pane et vino per que si digne sumitur
nobis est peccatorum remissio et regni
dei possessio collata Huius ordinem sa
crificii primitiuam similitudinem
melchisedech iustissimus rex insti
tuit qui duo panis et vini fructus
obtulit constat enim pecudum victimam
perisse que fuit ordine aaron non
in melchisedech sed hoc munere po
cius institutum quod toto orbe in sacra
mentorum erogacione celebratur
Sacerdos autem proprie dicitur ipse
qui semel pro nobis optulit ymo
landum sicut semel de melchise
dech in sancta legitur scriptura et
eius sacerdocio in eternum non fi
dicitur ipse scilicet dominus xpus qui
permanet in gloria sempiterna | li^o de
Et qualis sit iste panis probat | bene
dictionibus ca^o xi Exponens Gen
xlix Aser pinguis est panis eius
Hunc panem dedit apostolis ut diuiderent
populo credencium hodieque dat nobis eum
quem ipse sacerdos cottidie consecrat
suis verbis Hic ergo panis factus est
esca sanctorum Possumus et ipsum dominum acci
pere qui suam carnem nobis dedit sicut
ipse ait Ego sum panis vite Patres
vestri manducauerunt manna in deserto
et mortui sunt Hic est autem panis qui
de celo descendit ut si quis ex ipso man
ducauerit non moriatur ut ne quis
putaret quia dicebat morte dat quod
panis et corporis successionem veniret et
vite dubitet cum sciat sanctos apostolos hac
morte esse defunctos addidit Ego
sum panis viuus qui de celo descen
di Si quis manducauerit ex hoc pane
viuet in eternum Hoc est non spiri

vita dixit supra nec de morte istius in
te qua eciam si quis moriatur fuerit
tamen si panem meum acceperit
viuet in eternum Ille enim accipit [illegible] at
si seipsum probat qui autem accipit non
moritur peccatoris morte quia panis hic
remissio peccatorum est | celestis glorie
Iste cibus communicacionem | prefigurat ho
et super lucam ca^o vi | Omnes ut vite et
Unus corpus christi est | ne possumus esse
participes Non enim victus sed potius nos
nobis primum loco spondetur et honoris
sed communicacio gracie celestis et vite | non
Quare autem hoc sacramentum | ipsa
specie ministratur sed aliena occultatur dicit
in sermone vi de sacramentis ad neophitos
in primo Sicut verus est dei filius dominus
noster ihesus xpus non gracia homines per graciam
sed quasi filius ex substancia patris ita vera eius
est caro sicut ipse dixit quam accipimus
et verus eius sanguis est quod potamus
Sed forte dicis quod dixerunt tunc temporis
eciam discipuli xpi audientes dicentem
Nisi quis manducauerit carnem meam
et biberit sanguinem meum non manebit in
me nec habebit vitam eternam Forte
dicas Quomodo vera caro Similitudinem in
deo non video sanguinis veritatem Po
stremo dixi tibi de sermone xpi qui operatur
ut possit mutare et conuertere genera institu
ta nature Deinde ubi non tulerunt sermonem
xpi discipuli eius sed audientes quod carnem
suam daret manducare et sanguinem
suum daret ad bibendum recedebant So
lus tamen petrus dixit verba vite
eterne habes et ego a te recedam Ne igitur
plures hoc dicerent Et ne veluti quidam
horror esset cruoris sed maneret gracia redemp
cionis ideo in similitudinem quidem accipis
sacramentum sed vere nature graciam virtutemque
consequeris Ego sum inquit panis
viuus qui de celo descendi Sed caro non
descendit de celo Hoc est carnem suscepit
ex virgine Quomodo ergo descendit panis
de celo et panis viuus quia idem dominus
noster ihesus christus consors est diuinitatis
et corporis et tu qui accipis carnem diuine
eius substancie in illo participaris alimento
Sed quare admiscetur aqua in calice
dicit in sermone vi^o de eisdem post principium
Diximus ergo quod in altari constituatur
calix et panis In calice inquit mittitur

vinum et quod aliud aqua. Si tu michi dicis
quo ergo melchisedech panem et vinum
optulit quid sibi vult admixtio aque. Verum
accipe primam omnium figure que ante processit.
Tempore moysi quid habes quia cum
sitiret populus iudeorum et murmuraret
quod aquam invenire non possint jussit
dominus ut tangeret petram de virga tetigit
petram et petra undam maximam
fudit sicut apostolus dicit. Bibebant autem
de spirituali consequenti eos petra. petra autem
erat xpistus non immobilis petra que populum
sequebatur et tu bibe ut te xpistus
sequatur. Vide misterium moyses hoc est propheta
virga hoc est verbum dei sacerdos verbo dei
tan[git] petram et fluit aqua et bibit
populus dei. Tangit ergo sacerdos et calicem
dat aqua in calice salit in vitam eternam
et populus dei bibit. didicisti hoc accipe et aliud
in tempore dominice passionis cum sabbatum magnum
instaret quia vivebat dominus noster ihesus
xpistus vel latrones missi sunt qui percuterent
eum venientes invenerunt dominum nostrum
ihesum xpistum defunctum. Tunc unus
de militibus lancea tetigit latus eius
et de latere eius aqua fluxit et sanguis
quare aqua quare sanguis aqua ut
emundaret sanguis ut redimeret quare
de latere quia unde culpa inde gracia culpa
per feminam gracia per dominum ihesum xpistum

Tercio de hoc sacramento dicit quod est sanctis
veteris legis antiquius quo ad figuram in
tractatu de misteriis per medium. Si sibilia
Illud considerems ne quid forte vi[deatur] vides
quam que sunt invisibilia non videntur neque
possunt humanis oculis comprehendi
dicat iudeis dominus manna pluit pluit
et coturnices etc. aut illi hec sunt que preparavit
de quibus dictum est quod oculus non vidit
nec auris audivit nec in cor hominis ascendit
que preparavit deus diligentibus eum.
Ergo ne quis hec dicat summo studio nobis
est comprobare quia et antiquiora sunt
sacramenta ecclesie quam synagoge et prestanciora
quam manna est. Antiquiora quia manna
est. Antiquiora docet lectio Genesis que
decursa est. Synagoga enim ex lege moysi
principium sumpsit. Abraham vero longe
antiquior qui victis hostibus et nepote proprio
recepto cum potiretur victoria tunc illi occurrit
melchisedech et optulit ea que Abraham
veneratus accepit non Abraham

optulit sed melchisedech qui inducitur sine
patre et sine matre neque inicium dierum neque
finem habens. Similis autem filio dei de
quo ait paulus ad hebreos. qui manet
sacerdos in perpetuum qui interpretacione
latina dicitur rex iusticie rex pacis
non enim ignoratis quis iste sit. Potest hoc esse
rex iusticie cum ipse vir iustus sit. Potest
esse rex pacis cum vix possit esse pacificus
sine matre secundum divinitatem quia ex patre
deo genitus est. unius substancie cum patre
sine patre secundum incarnacionem quia natus
ex virgine est inicium et finem non
habens quia ipse inicium et finis omnium primus
et novissimus non ergo humanum sed divinum est
munus sacramentum quod accepisti ab eo prolatum
qui benedixit fidei patrem et abraham
illum cuius graciam et gesta miraris

Quarto ut addit non solum est antiquius
veteris figure sed eciam excellencioris
racione maioris et efficacioris gracie
Probatum est antiquiora esse ecclesie sacramenta
nunc cognosce pociora. Revera
mirabile est quod manna deus pluit patribus
et cottidiana celi pascebantur alimento
unde dictum est. Panem angelorum
manducavit homo. Sed tamen
panem illum qui manducaverunt omnes
in deserto mortui sunt. Ista autem esca
quam accipis. Iste panis vivus qui descendit
de celo vite eterne substanciam subministrat.
Et quicunque hunc manducaverit non
morietur in eternum et corpus xpisti est. Considera
nunc utrum prestancior sit panis angelorum
an caro xpisti que utique corpus
est vite. Manna illud celo hoc supra celum.
illud celi hoc domini celorum illud corrupcioni
obnoxium si in diem alterum servaretur
hoc alienum ab omni corrupcione
quod quicunque religiose gustaverit corrupcionem
sentire non poterit. Illis aqua de
petra fluxit tibi sanguis ex xpisto illos
ad horam saciavit aqua te sanguis diluit
in eternum. Iudeus bibit et sitit. Tu
cum biberis sitire non poteris. Et illud in
umbra hoc in veritate. Si illud quod miraris
umbra est que apud patres facta est.
Bibebant inquid de consequenti petra
petra autem erat xpistus sed non in pluribus
eorum conplacitum est deo. Nam prostrati
sunt in deserto. hec autem in figura facta
sunt nostri. Cognovisti prestanciora. Pocior

est enim lux quam umbra. Veritas quam figura corpus auctoris quam manna de celo.

Et eciam similiter replicat in sermone in textu de sacris supius allegatos circa medium

Venisti ad altare vidisti sacra posita super altare et ipsam quidem miratus es creaturam tamen creatura solempnis est et nota. Forte aliquis dicet: Iudeis deus tantam graciam prestitit, manna illis pluit e celo. Quid plus dedit fidelibus suis, quid plus tribuit hiis quibus plus promisit? Accipe quod dico: antiora esse misteria christianorum et diviniora esse sacramenta christianorum quam iudeorum. Primo accipe. Iudei quando esse ceperunt? ex iuda utique pronepote abrahe, vel si vis sic intelligere, ex lege quam iudei legem accipere meruerunt. Ex pronepote ergo abrahe iudei dicti sunt tempore sancti moysi. Et si tunc deus iudeis manna murmurantibus pluit e celo, tibi autem sacramentorum horum figura precessit cum abraham erat, quando vernaculos trecentos decem et octo collegit, ubi persecutus est adversarios, de captivitate eruens nepotem suum. Tunc victor venit et occurrit illi melchisedech sacerdos et optulit ei panem et vinum. Quis habuit panem et vinum? Abraham non habuit. Sed quis habuit? Melchisedech. Ipse autem auctor sacramentorum. Quis est melchisedech qui sic interpretatur rex iusticie, rex pacis? Quis est iste rex iusticie? Numquid homo quispiam potest esse rex iusticie? Quis ergo rex iusticie nisi iusticia dei, qui est dei pax, dei sapiencia, qui potuit dicere: pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Ergo primo intellige sacramenta hec que accipis antiora esse quam sint moysi sacramenta quecumque iudei habere se dicunt, et prius cepisse populum christianum quam cepisse populum iudeorum. Sed nos in predestinacione, illi in nomine. Optulit ut melchisedech panem et vinum. Quis est ergo melchisedech? Sine patre inquit, sine matre, sine generacionis ordine, neque inicium dierum habens neque vite finem. Hoc habes ad hebreos epistola: sine patre inquit et sine matre, similis filio dei. Sine matre natus est dei filius generacione celesti, quia hic solo deo patre natus. Et iterum sine patre natus est cum ex virgine natus est. Non enim ex virili semine generatus est, sed natus de spiritu sancto et virgine maria, utero editus virginali. Similis per omnia filio dei. Sacerdos quoque erat melchisedech, quia et christus sacerdos, cui dicitur: tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Ergo auctor sacramentorum quis est nisi dominus ihesus? De celo ista sacramenta venit. Consilium enim omne de celo est. Vere autem magnum est et divinum miraculum quod populis pluit manna de celo, et non laborabat populus et manducabat.

Deinde ut ibidem subdit turbato sive natura conversio in hoc sacramento fit virtute verborum christi et ex persona christi

Tu forte dices: meus panis est usitatus. Sed panis iste panis est ante verba sacramentorum; ubi accesserit consecracio, de pane fit caro christi. Hoc igitur astruamus, quomodo potest qui panis est corpus esse christi. Consecracio igitur quibus verbis est et cuius sermonibus? Domini ihesu. Nam reliqua omnia que dicuntur laus deo defertur; oracio premittitur pro populo, precibus pro ceteris; ubi venitur ut conficiatur venerabile sacramentum, iam non suis sermonibus utitur sacerdos sed utitur sermonibus christi. Ergo sermo christi hoc conficit sacramentum. Quis est sermo christi? Nempe is quo facta sunt omnia. Iussit dominus et factum est celum, iussit dominus et facta est terra, iussit dominus et facta sunt maria, iussit dominus omnis creatura generata est. Vides ergo quam operatorius sit sermo christi. Si ergo tanta vis est in sermone domini ihesu christi ut inciperent esse que non erant, quanto magis operatorius est ut sint que erant et in aliud commutentur. Celum non erat, mare non erat, terra non erat. Sed audi dicentem: Ipse dixit et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt. Ergo tibi respondeam: non erat corpus christi ante consecracionem, post consecracionem dico tibi quia iam corpus est christi. Ipse dixit et factum est, ipse mandavit et creatum est. Tu ipse eras, sed eras vetus creatura; postquam consecratus es, nova creatura esse cepisti. Vis scire quam nova creatura? Omnis inquit in christo nova creatura. Accipe quemadmodum sermo christi creaturam omnem mutare consuevit et mutet quando vult instituta ibidem subdens nature. Et

Et probat exemplariter de efficacia verborum

Quo requiris accipe. Et primo omnium de generatione eius sumamus exemplum. Consuetudo est ut non generetur homo nisi ex viro et muliere et consuetudine coniugali. Sed quia voluit dominus quia hoc elegit sacramentum de spiritu sancto ex virgine natus est xpistus hoc est mediator dei et hominum homo ihesus xpistus. Vides ergo quia contra instituta et ordinem homo natus est ex virgine. Accipe aliud. Urgebatur populus iudeorum ab egiptiis interclusus mandato impio. Virga moyses tetigit aquam et se unda divisit. Non utique secundum sue nature consuetudinem sed secundum celestis imperii graciam. Accipe aliud. Sitiebat populus venerat ad fontem. amarus erat fons. Misit lignum moyses in fontem et factus est dulcis fons qui amarus erat. hoc est mutavit consuetudinem nature sue accepit dulcedinem gracie. Accipe et quartum exemplum. Ceciderat ferrum securis in aquas quod ferrum secundum suam consuetudinem demersum est. Misit lignum helyseus statim ferrum elevatum est et aquis supernatavit utique contra consuetudinem ferri. est enim materies gravior quam aquarum est elementum. Ex his ergo omnibus non intelligis quantum operetur sermo celestis. Si operatus est in fonte terreno. si operatus est sermo celestis in aliis rebus non operatur in celestibus sacramentis. tantu de similem similiam ponit intrac in istis supius allegatis concludens maiorem vim esse gracie quam nature quo mihi tu forte dicas aliud video asseris quod cristi corpus accipiam. Ex hoc nobis adhuc superest ut probemus. Quantis ergo utimur exemplis probemus non hoc esse quod natura formavit sed quod benedictio consecravit. Maiorem quam vim benedictionis quam nature quia benedictione eciam natura ipsa mutatur. Virgam tenebat moyses proiecit eam et facta est serpens. Rursus prendit caudam eius et in virge naturam revertitur. Vides igitur prophetica gracia bis mutatam esse naturam serpentis et virge. Currebant egipti flumina puro aquarum meatu subito de fontium venis sanguis cepit erumpere. Non erat potus in fluvi[i]s. Rursus prophete prece cruor cessavit fluminum aquarum natura remeavit. Circumclusus undique populus erat hebreorum hinc egipciis vallatus inde mari clausus. Virgam levavit moyses. separavit se aqua et in murorum specie congelavit atque inter undas via pedestris apparuit. Iordanis retrorsum conversus contra naturam in sui fontis revertitur exordium. Nonne claret naturam vel maritimorum fluctuum vel fluvialis cursus esse mutatam. Sitiebat populus patrum. tetigit Moyses petram et aqua de petra fluxit. Numquid preter naturam operata est gracia ut aquam funderet petra quam non habebat natura. marach mirra fluvius amarissimus erat ut siciens populus bibere non posset. Misit moyses lignum in aquam et amaritudinem suam aquarum natura deposuit quam infusa subito gracia temperavit. Sub heliseo propheta uni ex filiis prophetarum excussum est ferrum de securi et statim mersum est. Rogavit heliseum qui amiserat ferrum. Misit eciam heliseus lignum in aquam et ferrum natavit. Utique et hoc preter naturam factum cognoscimus. gravior enim ferri species quam aquarum liquor. Advertimus ergo maioris esse graciam quam naturam et adhuc prophetice benedictionis numeramus graciam. Addit hoc sacramentum esse super naturam divina operante potencia. tunc verum et efficacissimum esse xpi voluntate existente et gracia. tum humana valuit benedictio Quod si ta ut naturam converteret quid dicimus de ipsa consecratione divina ubi verba ipsa domini salvatoris operantur. Nam sacramentum istud quod accipis xpi sermone conficitur. Quod si tantum valuit sermo helye ut ignem de celo poneret non valebit xpi sermo ut species mutat elementorum. De tocius mundi opibus legisti quia ipse dixit et facta sunt ipse mandavit et creata sunt. Sermo ergo xpi qui potuit ex nichilo facere quod non erat. Non enim minus est novas rebus dare quam mutare naturas. Sed quid argumentis utimur suis utamur exemplis incarnacionis que astruamus misterii veritatem. Numquid nature usus precessit cum dominus ihesus ex maria nasceretur. Secundum ordinem quecumque viro mixta femina generare consuevit. Liquet igitur quod preter nature ordinem virgo generavit et hoc quod conficimus corpus ex virgine est.

vere utique caro Christi que crucifixa est que sepulta est

Ergo hic quem nature ordinem inquiris in Christi corpore cum preter naturam sit ipse partus ex virgine. Vere ergo caro Christi illius sacramentum est. Ipse clamat dominus Iesus: Hoc est corpus meum. Ante benedictionem verborum celestium alia species nominatur, post consecrationem sanguis nuncupatur. Et tu dicis Amen, hoc est verum est. Quod os loquitur mens interna fateatur. Quod sermo sonat affectus sentiat.

Concluditur quod aliud apparet in specie aliud est in re. In sermone iiii^to de sacramentis proxime allegato in medietate post suprascripta.

Ergo didicisti quod ex pane corpus fiat Christi. Et quod vinum cum aqua in calice mittitur sed fit sanguis consecratione verbi celestis. Sed forte dicis: Speciem sanguinis non video. Sed habet similitudinem. Sicut enim mortis similitudinem sumpsisti, ita etiam similitudinem preciosi sanguinis bibis, ut nullus horror cruoris sit, et precium tamen redemptionis operetur. Didicisti ergo quia quod accipis corpus est Christi.

Adiungit ut supra verum est quia verbo Christi et non verbo sacerdotis consecratur.

Vis scire quia verbis celestibus consecratur? Accipe que sunt verba. Dicit sacerdos: Fac inquit nobis hanc oblationem ascriptam, rationabilem, acceptabilem, quod est figura corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi, qui pridie quam pateretur in sanctis manibus suis accepit panem, respexit ad celum, ad te sancte pater omnipotens eterne deus, gratias agens benedixit, fregit, fractumque apostolis suis et discipulis suis tradidit dicens: Accipite et bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus. Et vide illa omnia verba evangeliste sunt usque ad accipite sive corpus sive sanguinem. Inde verba sunt Christi: Accipite bibite ex eo omnes, hic est enim sanguis meus. Et vide singula. Qui pridie inquit quam pateretur in sanctis manibus suis accepit panem. Antequam consecretur panis est, ubi autem verba Christi accesserint corpus est Christi. Denique audi dicentem: Accipite et edite ex eo omnes, hoc est enim corpus meum. Et ante verba Christi calix est vini et aque plenus; ubi verba Christi operata fuerint ibi sanguis efficitur qui plebem redemit.

Et addit quod de hoc sacramento nullatenus est dubitandum.

Ergo videte quantis generibus potens est sermo Christi universa convertere. Denique ipse dominus Iesus testificatur nobis quod corpus suum accipiamus et sanguinem. Numquid debemus de eius fide et testificatione dubitare? Iam redeamus ad propositionem meam.

Et addit quod hoc sacramentum est excellentissimum [illegible] peccatorum et passionis Christi rememoratiuum.

Magnum quidem et venerabile quod manna iudeis pluit de celo. Sed intellige quid est amplius, manna de celo an corpus Christi? Corpus Christi utique qui auctor est celi. Deinde qui manna manducavit mortuus est. Qui manducaverit hoc corpus fiet ei remissio peccatorum et non morietur in eternum. Ergo non otiose dicis tu Amen, iam in spiritu confitens quod accipias corpus Christi. Cum tu petieris dicit tibi sacerdos: Corpus Christi, et tu dicis Amen, hoc est verum. Quod confitetur lingua teneat affectus. Ut scias autem hoc esse sacramentum huius figura ante precessit. Deinde quantum sit sacramentum cognosce. Vide quid dicat: Quotienscumque hoc feceritis toties commemorationem facietis donec iterum adveniam. Et sacerdos dicit: Ergo memores gloriosissime eius passionis et ab inferis resurrectionis et in celum ascensionis offerimus tibi hanc immaculatam hostiam, rationabilem hostiam, incruentam hostiam, hunc panem sanctum et calicem vite eterne. Et petimus et precamur ut hanc oblationem suscipias in sublime altare tuum per manus angelorum tuorum, sicut suscipere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, et sacrificium patriarche nostri Abrahe, et quod tibi obtulit summus sacerdos Melchisedech. Ergo quotienscumque accipis quid tibi dicit apostolus? Quotienscumque accipimus mortem domini annunciamus. Si mortem annunciamus, annunciamus remissionem peccatorum. Si quotienscumque effunditur sanguis in remissionem peccatorum funditur, debeo illum semper accipere ut semper michi peccata dimittantur. Qui semper pecco semper debeo habere medicinam.

Sunt autem angeli presentes ubi est eukaristia ut infra dicitur in sermone primo de sacramentis ut supra.

Considera ubi capias sacramenta celestia. Si hoc corpus est Christi hic et angeli constituti sunt. Ubi corpus ibi et aquile. Legisti in evangelio

vbi corpus x ibi et aquile que volare con
sueverunt ut terrena fugiant celestia petat
Huius sacramenti excellenciam et ea sunt x
am ipsi respectu iudeorum penitencia
declarat hic sup dni in maculata sed xviij
versu vto exponens illud adolescentulus
sum ego et contemptus in prima edo
Dicit ipsius nacionis Ille ne despectus
videtur adhuc fide et studio primeue devo
cionis adolescens vel certe renovatur
aquile iuventus per baptismatis sacrm iu
venis ego sum et despectus iustificacoes
tuas non sum oblitus Ille ergo despectus
cui iam preferor iam ante ponor relicte
ille qui despectus populus peccatorum Ideo ce
lestium sacramentorum veneranda consor
cia iam mense celestis honore suspicior
epulis meis non pluvia rigatur non terre
opus laborat non arborum fructus potu
i meo non flumina querenda non fontes
cristus michi cibus cristus est michi po
tus caro dei cibus michi et dei sanguis
est potus Non iam ad saciacionem mei annos
expecto proventus xpus michi cottidie mi
nistratur Non verebor ne qua mi eum celi
intemperies aut sterilitas vires inminu
at si pii cultus diligencia perseveret Non
iam coturnicum pluvias michi opto desce
dere quas ante mirabar Non manna
quod ante cibis omnibus preferebam Quod
manna manducaverunt patres esurierunt
Meus cibus est quem siquis manduca
verit non esuriet Meus cibus est qui non
corpus impinguat sed confirmat cor
hominis fuit michi ante mirandus pa
nis celo scriptum est enim Panem de
celo dedit illis manducare sed non erat
verus ille panis sed futuri umbra pane
de celo illum michi verum servabit pa
ter michi ille panis descendit de celo
qui vitam dat huic mundo non videris de
scendit sed ecce descendit sed populo dei in
mori descendit Nam quo videris desce
dit panis qui vitam det cum omnes qui
illum panem manducaverunt hoc est manna
que putaverunt iudei verum pane in de
serto mortui sunt Quod synagoge descen
dit cum synagoga omnis incipient et eius
ieiunio fidei maciata defecit Denique si
accepissent panem verum non dixissent
domine semper da nobis panem hunc Quid
petit vide ut tribuat tibi panem quem

dat omnibus dat cottidie dat semper Ante
ipso est ut accipias hunc panem acce
de ad hunc panem et accipies enim de
hoc pane dictum est omnes qui elongant
se abs te peribunt Si elongaveris abs eo pe
ribis si appropinquaveris ad eum vives Hic
panis vite est qui ergo manducat mo
ri non potest Quomodo enim morietur cui vita ci
bus est Quomodo deficiet si habuit vitalem substanciam
Accedite ad eum et illuminamini et saciamini
quia panis est Accedite ad eum et pota
te quia fons est Accedite ad eum et illu
minamini quia lux est accedite ad eum et
liberamini quia ubi spiritus domini ibi libertas
est accedite ad eum et absolvemini quia re
missio peccatorum est Quod sit iste queri
audite ipsum dicentem Ego sum panis
vite qui venit ad me non esuriet et qui
crediderit in me non sitiet unquam Audistis
enim et vidistis eum et non credidistis ei et
ideo mortui estis vel nunc credite ut possitis
vivere Et miramini moysen quia patres vestros
per mare siccis duxit vestigiis moyses
non imperavit sed impetravit non iussit ma
ri sed servivit iubenti fluctibus Moysen
laudatis quia vetterem pharaonem cum
exercitu suo mersit Moyses orabat et illi qui probabant
Moyses probabatur dominus xpus operabatur
Moyses fugiebat xpus insequebatur
ut moyses columpnam sequebatur ut
nocturnas tenebras declinaret xpus il
luminabat Moysen agnoscitis quia aque
amaritudinem temperavit Moysen agnos
citis quia aquam produxit de petra xpm
non agnoscitis qui michi illius egipcii
veteris stravit exercitum et abissi mersit pro
fundo qui nos fluat cottidie de mundi huius
fluctibus ne nos seculi procella demergat
Quid profuit patribus tuis in re pervare vbi
quibus ad eam resurreccionis non licuit
pervenire Et magistrum exierunt de
egipto perierunt in deserto Mortuus est aa
ron Mortua est maria Mortuus est ipse
moyses solum ipsum nanc nominis sacri
similitudo servabit Plaudat iudeus quia
sicienti illi quidam saxa nonnumquam in
de corpore dei fons fluxit eternus Meas
amaritudines bibit xpus ut michi sue
donaret gracie suavitatem Dicit ergo
populus xpianus iuvenis ego sum et
despectus iustificaciones tuas non sum
oblitus Bene hic dixit qui iustificavit

derum baptismatis sacris Cum enim bap
tizatur iustificatur quia peccata propria confite
ri a domino sicut modo sperat indulgenciam delictorum

Valet autem preterea que dicta sunt hoc sacramentum contra temptamenta demonum eodem libro viii versu vi

Scriptum est quia media nocte primogeniti egiptiorum sunt ab ex
terminatore sicut interempti Docet sanctus
Moyses propheta ut hoc perveniret tempus ac
sine hebreorum populus fraude transiret agnum
agnum immolavit hic est vespere ut man
ducantes eum et domini pascha celebrantes
non occuparentur exterminatores insidiis
nec in terminos vitalis spiritualis alimenti noctur
na spiritualia tenebrosi hostis opprimerent
Hec diligenter intende prudenter intellige
sollicite require nec presumptorie tibi ista
dicuntur sed divina iusticia declarantur Pre
venire tu insidias temptatoris instan
ter prius celeste convivium in die Cum e
nim cave negligens et si te fames cottidi
ana cogit quod corporalium et intemperancia
declinat ieiunium tamen celesti te ma
gis suavi convivio non epule pane extor
queant ut celestis sibi vacans sacramenti
differ aliquantulum non longe est sumendi
primo plerumque sunt huius dies ut statim m
diam horis adveniendum sit in certam
cavendi primum celebranda oblatione tunc utique
paratus assiste ut tibi accipias munimen
tum ut corpus edas domini ihesu In quo remis
sio peccatorum est postulatio divine reconcili
acionis protectionis eterne suscipe intre
dum ibi tue mentis hospicio ubi corpus
eius ibi cristus est Cum hospicium tuum
adversarius viderit occupatum celestis ful
gore presencie intelligit locum temptacio
nis sue interclusum esse propterea fugiet
ac recedat Et tu mediam noctem sine
ulla offensione transibis admonet esse
sacrificium vespertinum ut nunquam xpm obli
viscaris Non potes oblivisci cuius sem
per tendes eius dum in occasu diei
presens fideris qui esurientem te sui cor
poris epulis expleverit

Valet etiam addere fidei ac spei firmamentum eodem libro xv versu ii

Si infirmus es fidelis tamen sollicitus est pro te cristus
dicit ad discipulos suos Date illis man
ducare ne deficiant in via Hec apostoli
rum manducat illum et non deficies
illum autem manduca ut procul venias ad tribu
xpi ad aliud corporis divini ad epulas sacramenti
adhibet illud poculum quo fidelium ineb
riatur affectus ut leticiam induat de remissi
one peccatorum Curas huius seculi metum mor
tis sollicitudines quod deponat Hac autem e
brietate corpus non titubat sed sinceritas a
nimus non confunditur sed consecratur

Cum summa devocione est celebrandum atque sumendum dominum super primam Epistolam ad corinthios capitulo xi ut supra

Devoto amore cum timore accedendo ad communionem
docet ut sit mens reverenciam se dare
debere ei ad cuius corpus sumendum acce
dit Hic enim apud se debet iudicare quia
domini cuius in ministerio sanguinem potat
qui testis est beneficii dei Cum nos ergo cum
disciplina accipiamus non erimus indigni
corpore et sanguine xpi gratia enim videbimur
redempti

Et tamen devocione esse debet cordis contricio. Vide in oratione quam fecit dicendam a sacerdote in introitu ad altare que etiam in pluribus libris ascribitur augustino Et incipit Summe sacerdos et vere inter cetera dicat sic

Ut sacrificium laudis casto corpore et mundo
corde valeam offerre Quanta enim cor
dis contricione et lacrimarum fonte quanta
reverencia et timore quanta corporis castitate
istud divinum et celeste sacrificium est celebrandum
Ubi deus meus ubi caro tua in veritate
sumitur ubi sanguis tuus in veritate bi
bitur ubi yma summis coniungitur ubi ad
est sanctorum presencia angelorum Ubi tu es
sacerdos et sacrificium mirabiliter et ineffa
biliter Quis digne hoc celebrare poterit misterium
nisi omnipotens deus offerentem fecerit dignum

De sumentibus indigne super primam ad corinthios capitulo xi ut supra

Itaque quicumque manducaverit panem et bibit calicem
domini indigne reus erit corporis et sangui
nis domini. Indignum dicit esse domino qui
aliter misterium celebrat quam ab eo traditum est
Non enim potest devotus esse qui aliter presu
mit quam datum est ab auctore Ideo premonet ut secundum
ordinem traditum devota mens sit acce
dentis ad eucharistiam domini quia futurum
est iudicium ut quemadmodum accedit unusquisque
quod reddat racionem in die domini nostri ihesu xpi quia
sine disciplina tradicionis et conversacionis
qui accedunt rei sunt corporis et sanguinis
domini. Quid est autem reos esse nisi pe
nas dare sortis mortis dominum Cristus

est enim plures qui brisiam nitium dicunt
Probet autem seipsum homo et si de pane man
ducat et bibit indigne iudicium sibi manducat
et bibit non discernens corpus domini
Et infra subdit exemplum punitionis
infirmitatibus indigne | sumentium et egritu
Propterea inter vos multi | dormiunt ut vero
probaret quia examen futurum est accipi
endum dominum corpus accipientes febribus
Et infirmitatibus corripiebantur et multi
moriebantur ut hiis ceteri discernerent et pau
corum exemplo ceteri emendarentur Nos
multum scientes corpus domini negligen
ter accipere et eius que pena distulerit gra
vius tractari fore quod contempsit exemplum
Cottidie autem sumi debet Unde in sermone vero
de sacramentis ut supra exponens orationem domi
nicam dicit sic | cottidianum da nobis hodie
Panem nostrum | Meminimus sermonis mei cum
de sacramentis tractarem Dixi vobis quando
verba Christi quod offertur panis dicatur ubi
Christi verba deprompta sunt iam panis
non dicitur sed corpus appellatur Quare
ergo in oratione dominica que postea sequitur
ait Panem nostrum cottidianum panem qui
dem dixit sed epiusion dixit hoc est substancialem
Non iste panis qui vadit in corpus
sed ille panis vite eterne qui anime nostre substan
tiam fulcit Nos grece epiusion dicitur Latini
autem hunc panem cottidianum dixit quia
grece dicunt advenientem diem Ergo quod
latinus dixit et quod grecus utrumque utile videtur
Grecus utrumque uno sermone significat
latinus cottidianum dixit Si cottidianus
est panis cur post illum annum sumis quem admodum
in oriente greci facere consueverunt accipe cot
tidie quod cottidie prosit tibi Sic vive ut cotti
die merearis accipere qui non meretur post
annum accipere Quomodo Job sanctus pro filiis suis
offerebat cottidie sacrificium ne forte aliqui
vel in corde vel in corpore peccassent Ergo
tu audis quod quotiescumque offertur sa
crificium mors domini et resurrectio domini
elevatio domini significetur et remissio pecca
torum et panem istum vite non cottidianum
assumis Qui vulnus habet medicinam
requirit Vulnus quia sub peccato sumus me
dicina celeste et venerabile sacramentum
Panem nostrum cottidianum da nobis hodie
Cottidie accipis cottidie tibi hodie est Si
tibi hodie est Si tibi hodie est Christus tibi
cottidie resurgit Quomodo filius meus es
tu Ego hodie genui te hodie ergo est
quando Christus resurgit heri et hodie ipse est
Apostolus paulus ait Et alibi ait Nox
precessit Dies autem appropinquabit Nox
hesterna precessit Dies hodiernus appro
pinquavit Et in sermone vero de eisdem
Panem nostrum cottidianum da nobis hodie
Hec postulatio maxima est eorum quod postu
lantur Et dimitte inquit nobis debi
ta nostra sicut et nos dimittimus debitori
bus nostris Nos cottidie accipe et cottidie
debito tuo indulgenciam petas
Infirmi autem qui eukaristiam accipi
unt attendere debent quid sumunt vel
quem in suo hospicio recipiunt et fideliter
credere debent atque tenentur ut participes
pes Christi glorie fiant Unde in epistola ad
bellicum Nactum te abegritudine
gravi significasti michi credidisse in domi
num et iam cepisse revalescere ad salutem
quod ea infirmitas fuit plus acuta quam peri
culosa scis quia pronissime remordebat
hoc est quod ait Percutiam et sanabo per
cussit infirmitate sanavit fide Vidit
enim interiorem affectum tuum non vacuum pie
cupiditatis sed excutere dilectionibus suo a
monuere te maluit ita ut salutem non
lederet devotionem excitaret Quomodo ei
salutem noceret qui solet dicere ut legimus
in evangelio Ego veniam et curabo
eum Ergo tu cuius invitacione ut in
iret domum tuam sine dubio dixit
Ego veniam et curabo eum et si non
audisti eum Ille tamen quam deus in
sensibiliter locutus est Et si non vidisti
eum ille tamen quod te incorporaliter in
viserit dubitari non potest sed vidisti eum
qui credidisti ei vidisti eum quia recepis
ti eum in hospicio tue mentis vidisti eum
spiritu vidisti eum oculis interioribus tene
ergo hospitem novum diu expectatum
sed sero susceptum in quo et vivimus
et sumus et movemur Gustasti quod fidei
prima exordia non fiat corpus occultum
in corde tuo Habet omnis gradus est homine
minimus nemo enim penetralia domus
denutressu estimat Si quid omnibus sanc
tus in interioribus est Non enim sapien
tis est a fenestra respicere in domum et
stulticia hominis est audire per hostium
Alia sunt sacramentorum per fidem misteria
que oculus non vidit nec auris audivit

que pparavit deus diligentibus eum ut
dixit scriptura Alia sunt illa que de celo
futura annunciaverunt prophete quibus revela
tum est et evangelizaverunt sancti spiritus
dei misso de celo in quem concupiscunt
et angeli videre ut ait apostolus petrus Il
la sunt in quibus est redempcio mundi
peccatorum remissio graciarum divisio sacra
mentorum participacio que cum acceperis tu inmu
tabile cum donatum esse homini ut illud man
na quod miramur fluxisse de celo iudeis
nec tante operacionis videtur ad salutem
fuisse Illud enim quicumque acceperunt in
deserto mortui sunt preter ihesum naue et caleph
Hoc sacramentum quicumque gustaverit non morietur
in eternum

Exaltacio Exaltacio christi intelligitur
quod sit hic apud homines qui eum cog
noscentes exaltatum credunt non autem
apud angelos in quorum conspectu semper
erat exaltatus in tractatu super psalmum xlv versu
Exaltabor in gentibus et exaltabor
bor in terra Erat sublimis dominus in excelsis
in angelis et archangelis in patriarchis
et prophetis qui de illo sublimia senciebant
sed non erat sublimis in populis nacionum
qui deum suum in matribus et speluncis habitacu
lis requirere videbantur Denique reprehen
ditur magdalena que christum quasi mortu
um flebat et quasi sepultum querebat in cubi
culo Unde dicit ad eam christus mulier quid
ploras quem queris in quid eum qui
posset auferri audivit vocem et recognovit
eum et nolebat continere Et ait dominus no
li me tangere quem putas mortuum
ad patrem vado Mulier que in cubiculo non
invenisti quem celestia prestolantur a
tarte reprehenditur quia christum ubi fides
prestat non tangit sicut emoroissa plena
eum tetigit fide Unde ait dominus teti
git me aliquis sencio de me virtutem
exisse Quo dicto agnovit in se illa que
fuerat virtute curata et statim confessa
est sui conscia quod dominum ipsa tetigisset Un
de dominus ait fides tua te salvam fecit
vade in pace Exaltatus autem dominus
in terra est secundum illud quod ipse ait Cum exaltatus
a terra fuero omnia traham ad me ipsum
vel quod facta est voluntas eius sicut in ce
lo et in terra | est per humilitatem Unde
Exaltatus | arguitur quod hec virtus so
la exaltari meretur leo super lucam in macha
